

Reticulum Arachnoide palu-  
stre subtilissimum, quod pro  
exemplo majorum Radicum  
complicatarum exhibetur.



Hanc muscofum Acerum vocat Ruellius l. 2. de m. f. c. 13.

CONFERVA PLINII lib. 27. c. 8.  
Filorum involucrem, quod confervum dicitur  
Dant Elmij; an vite famina vere sint?

Bud l. gr.  
comm.  
Tom. 3. na-  
vig. novi  
Orbis.

Pro ultimis autem Radicum Arborearum differentiis stabunt Monorrhizarum conditio, cum qua difficillima Uniradicum Arborum stat propagatio; itemq; profunditas earundem, dum altissimè insiguntur telluri radices ad maximam Arboris stabilitatem, vel ipsarum quoque superficialis prima sub telluris cute excursus ob impenetrabilem soli duritiem, ut in multis Occidentalium Indiarum Regionibus evenire monent Scriptores. Caudice, secundo loco, differunt Arborea crassiori, & minus crasso, itemque prolixiori, vel breviori antè divaricationem, qui parum, multumvè teres, aut inæqualis esse potest. Nodosæ quoque Arborea ab Enodibus manifestissimè discriminantur; Illæ masculinitatem, & sylvestritatem redolentes, istæ é contrà scemineitatis participes: undè mares Arborea, & sylvestres, utpotè ficciores naturaliter nodis hujus-

modi crebrioribus donatæ sunt, densæ crebritatis propterea Vitruvii auctoritate nuncupatæ. Sunt autem nodi in Arboribus partes quædã durissimæ, & ceu verrucosæ protuberantiæ; & illos duarum specierum fecit Theophrastus, nimirum cæcos alios, alios morbosos, & hi vel sunt Tophacei, vel fungiformes quos ἐπιουλιδæ potius, hoc est Glandia, quam verè nodos dici debere autumarem, & in Artificialibus operibus lignosis, id est in Architectonicis, Vitruvio jubente, nunquam admittendos; nam ex vitiata, & non genuina germinatione proveniunt, quæ præternaturalem corruptivam causam, non perfectivam agnoscit. Virtus vegetans validior magna facit, & pulcra, non monstrosa, atque deformia, ut Platonis fert sententia. Non magna res statim est bona, sed bona statim est magna. Corticum modò differentiæ sunt exarandæ, in quibus omnibus poten-

lib. 2. Ar-  
chitect. c. 11.

Io. Bod. &  
Stapel in  
Theophr. l. 1.  
H. Pl. cap. 13

Theophr. l. 5.  
H. Pl. c. 7. l.  
2. Archit.  
c. 9.